



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

Raemond, Florimond de

Coloniae Agrippinae, 1655

V. De horribili Effrontium secta, & Valentinianis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10880

miliæ fuit Henricus Nicolai, Hollandus, Sanderō arreſtante (a) in Anglia potiffimū frequens eſt; hominū eſt perditorum, qui ſine Baptiſmo ac ceteris Sacramentis viuunt ac moriuntur: neque liberos vlla Dei aut ſacrorum cognitione, ſed ciuilitate tantum quibusdam viuendi præceptis inſtruunt. In præcationibus quotidianis tres tantum priores orationis Dominice petitiones recitant, neque peccatorum remiſſionem flagitant, vt qui ex Deo natos ſeſerunt, & patrem celeſtem ſcire quod contentiſſi ſunt in 4. poſtremis partibus orationis indigeant filij eius. Hoc ſufficere. Aiuus præterea Ieſum Chriſtum imaginem tantum eſſe eſſentia dextra Patris. Patrem ſe cum ipſis ſecundum hominem inferiorem humanificare; & ſecundum hominem inferiorem in vno cum ipſo ſpiritu ipſos edificare. Inde concludunt, Animam creaturam non eſſe, ſed increatam Dei particulam. (b) Secta ſua conditore diuinum appellabant hominem, in Dei eſſentiam (ſic enim de ſe ipſo ſupradictus Nicolaus loquitur) transformatum. Ex hac hominum colluue tamen Caluiniſtæ hominem flammis deuoverunt Anno 1588. eo quod Chriſtum negaret vnquam in æterum natura fuiſſe.

V. Sed quid, putas, dicit poſteritas, ſi Effronzium nomen audierit? (ſic enim vel Frontones ab Eraſmo (c) vocatur.) qui frontem ſibi eousque radunt dum ſanguis eſſuat, ac de in oleo inungunt: ſicque pro Chriſtianiſ, nullo alio baptiſmo uſi, haberi voluit. Hoſ idem teſtatur Anno M D XXXIV. vnā cum prædicantibus Tranſiluanicæ doctrinam ſuam præſiſſe. Dicant præterea, Spiritum Sanctum eſſe tantum mentis quandam eleuationem, & animi motum à Deo inspiratum. Spiritus S. adorationem, idololatricam eſſe: quum Spiritum S. adorandum eſſe in ſcripturam uſurpam habeatur. Sed ô inepti! Annon Sacra ſcriptura Spiritum Sanctum Deum eſſe docet? Si Deus, ergo adorandus eſt. Glorificate, & portate Deum in corpore veſtro, inquit Apoſtolus. (d) Quem Deum? inquit, S. Auguſtinus) niſi Spiritum S. cuius templum corpus noſtrum eſſe dixerat.

Fuerunt etiam eodem fere tempore Valentiniſta, à Valentino Gentili Conſentino Pædagogo orti & dicti qui Serueticum errorem tam in Germania quam Polonia auſus fuit renouare, aſſerentes, non tres eſſe perſonas in eadem eſſentia, ſed eſſentiam eſſe ſolius Patris, qui ſolus verus ſit Deus: Filium vero Patris eſſe conſubſtantialem, quaſi gratis aut ex mutuo: eundem nihilominus à Patre ſubſtantialiter diſſerre. Impurus hic homo ex Italia profugus, Tiguri pri-

um, deinde Geneuæ virus ſuum ſparſit, lenius tamen tractatus quam Seruetus. Eiuſmodi enim erroribus, in vrbe manere iuſtus fuit; ſed metuens ne Serueto ſecundus adderetur, in Sabaudiam clam aufugit: vnde à Blandrato & Alciato ſimiliter Geneuæ profugis euocatus, in Polonia cum eiſdem conceſſit. Ex horum inter ſe confulis opinionibus nouum doctrinæ genus natum eſt, quod non exiguam Europæ Sarmatiæ partem infecit. Huius opera Georgius Paulus è Caluiniſta Arrianus factus, & ipſe venenum ſuum multis in locis diſſeminauit. Lutherani & Caluiniſtæ quum ad hos oppugnandos alia armâ non haberent, vim verbo Dei fieri dicentes, Concilia, Symbola Nicenum & S. Athanaſij antiquitatem denique eis obijciebant. & de ijs quæ ſuperbe antea contemnere & ſuſcipere ſolebant, honorifice tum loquebantur, antiquitatis auctoritate vel veteribus vtentes veſtimentis. Contra hos Sigifmundo Auguſto rege iubente. Anno M D LXVI. inſignis Cœuentus in Polonia celebratus fuit, vt alibi dicam. Porro inter nouos hoſ Apoſtolos diſſenſione orta (Blandratus enim ex toto Arrianum ſeſerebat. Alciatus ad Mahumetiſmum propendebat) Gentilis à Rege proſcriptus ac ditione ſua excedere iuſtus fuit. Ante abitum Regi librum exhiberi curauit, in cuius præfatione, folio ſexto, vehementer conqueritur, quod voces illæ monſtroſæ & abſurdæ (ſic enim loquitur) *Perſona Eſſentia, Vnitas, Trinitas*, ab Eccleſia receptæ ſint. Quis verò inde non extremam hominis malitiam animaduertat? Quum enim Eccleſiam penitus euertere conſtituiſſet, fundamenta eius primum ſuffodienda, & voces iſtas quæ veluti ſpeculæ ſunt, vnde hoſtilis aſſultus proſpiciatur, emouendas ſibi putauit. At Catholici qui Iudaizare neſciunt, vocibus iſtis *Perſona & Trinitate*, vtuntur, & infelices Tritheiſtas deteſtatur. Iidem à vocibus *Eſſentia & Vnitate* quas noui Arriani deletas cœperunt, nequaquam abhorrent. Sed ad Gentilem redeamus: qui Polonia eiſtus in Morauiam, inde in Auſtriam, ac tandem Bernam Helueticorum conceſſit, vbi eodem A. M D LXVI. vt Seruetus antea Geneuæ, fato functus eſt in igne eo quod Caluini nomen laceratſet, in ipſo proteſtatus ſupplicio, ſe mortem hanc ob diuini nominis

a Vide Reſcium fol. 343. Anatomia Eccleſ. Cathol. Tr. 1. b Acoſto de orig. hæreſ. c Ep. d 1. Cor. 6.

nominis & gloriæ defensionem subire. Hic finis fuit Valentini Gentilis, à quo totanimè seducta & in exitum præcipitata sunt: qui vti in propaganda sua doctrina quamdiu vixit, audacissimus; ita in eadem defendenda ad mortem vsque fuit pertinax desinens blasphemare, cum desijt spirare.

Sed & aliud sectariorum genus in illis locis, per quæ noui Apostoli Geneva egressi, vagati sunt, reperitur, eorum scilicet qui *Hofmannista*. Vel Melchioritæ dicuntur. Iste enim Hofmannus Anno 1538. exortus in publicum Argentinæ concionatores ad disputandum prouocauit super articulis suis. Nempe Deum ex se, non Virgine carnem factum, vnam habere naturam: & hominem in gratiam receptum, & sua culpa in peccatum relapsum, saluari non posse. Cogitet quisque quomodo ille ad hanc sententiam defendendam Scriptura vsus sit, quæ frequentissime illud inculcat, *Deum peccatorem quòtiescumque penitentiam egerit, recipere paratum esse*: & quam bene ille S. Ioannis Baptistæ, Apostolorum, & ipsius Dei Filij & Saluatoris nostri, ad penitentiam nos inuitantium, & salutem promittentium, verba intellexerit.

VI. *Manicheorum* similiter *Novorum* hæresis eodem tempore à Flaccianis renouatam circa Anno 1542. vidimus, deoominatis: quamuis pro Lutheranis haberi velint. Certe Schlussemburgius in libro De noua Manicheorum secta primas dedit. Matthiæ Flaccio Illyrico quos ille è Lutheranis & Sacramentarijs quasi constat, Manis errores sequi scribit. Id hominum genus in Austriam quoque penetrauit. Post Flaccium vero præcipui fuerunt, eius hæresis affectæ, Cyriacus Spangenbergius, Christophorus Irenæus Saxonix Ducis Concionator, Martinus VVelfius Prædicans Orlamundanus, Matthæus Schneiderus Prædicans in Thuringia, & alij. Quemadmodum vero Flaccius Manichæos errores resuscitauit, sic alij Samofatenicos, vt Staphylus scribit. Qui horum libros, & in primis Socini Samofateniani contra Lutheranum Volanum legerit, deprehendet vix huic alijs quam Catholicorum armis atque argumentis vti, vt ipse traditionibus & Patrum atque antiquitatis auctoritate eleuata, hacque vna ratione illorum ictus declinare. *Patres sunt, inquit Socinus. Sed quid? Et ipsi homines sunt. Numquid Deus non minus nos quam ipsos illuminare potest? In terra quidem iudex nullus est penes quem sit religioni controuersias decidendi potestas, quam solum Dei*

verbum. Hæc diuerticula atque effugia sunt omnium hæreticorum. Miraris, Lector, tantam hæreticorum ac tam diuersorum colorum, tantam in schola Sathanæ classium, tantam Euangelicorum, scilicet, multitudinem: qui omnes se Iesu Christi filios dicunt, qui omnes etiam eum vitæ periculo opiniones in suo cerebro natas mordicus tuerentur, tam de salute quam de morte sua certi.

Sed nondum ad tragœdiæ huius caratitrophæ peruentum est. In scena adhuc versatur diabolus, & tamquam choragus, alias subinde atque alias nouas personas producit: vt sunt *Vncti*, (c) *Puritani*, (d) & alij de quibus agemus infra vbi de Anglia sermo erit. Sed & alios hic omitto, *Hussitas*, *Taboritas*, *Vtraquistas*, *Calixtinos*, in iv. librum ad Bohemix historiam reiectos; itemque, *Veteres Waldenses* in Gallia (de quibus etiam alibi) & infiatos alios, nulla re quam ignorantia & pertinacia inter se conuenientes, vt qui veluti fluctus maris reciproco quodam opinionum æstu inter se colliduntur, erroresque fouent incompatibiles. Hos velut in stadio cum dæmonibus decurrere, ac de brabeo cum ipsis contendere, merito dixeris. Iidem nihilominus eum primitiua Ecclesiæ nati videri volunt. Mirum quod non ante eam, quemadmodum Arcades ante Lunam, natos se dicunt. Imo vero inuentus est eiusmodi qui pro Lutheranis triumpharet hoc versa. *Constans nostra Fides annorum millia quinque, ultra sexcentos inuariata lucet*. Cum Catholicus religioni sanctæ accinisset, *Mille & sexcentis micat inuariabilis annis*.

Sunt quoque *Fratricelli*, qui Iesu Christi infantes se iactant. Infames hæretici, qui brutorum more in synagogis suis, extinctis candelis, promiscue concumbunt. Horum secta quantum ad fidem, ex Lutheranorum & Picardorum confusis inter se opinionibus est composita. Auctor eorum fuit quidam Hertog nomine præter recentissos, hætenus sunt quoque Semilutherani, Antilutherani, Luther-Osiandriani, Luthero Zuingliani, Luthero-Caluiniani, Luthero-Papistæ: & in vniuersum tam fertilis est tamque multiplex Lutheranorum secta, vt vndecim eorum factionis Anno MDLIX. Principum iudicio hæreseos fuerint cõdemnatæ, vt Stapletonus scribit (e) silentio etiam præ-

a Anatomia Eccl. Cathol. Tr. 1. b Socin. lib. de Christi Natu c Anatomia Eccl. Cathol. d ibid. c Lib. 4. Controu. cap. 13.